



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Optatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

parochi, vel pars earum Episcopi, si ad-  
sit consuetudo, *Afflic. in consit. quantò  
ceteris, nu. 36. vide superius, in ver. jus  
cathedraticum.*

Secundò, an contingant parochi?  
Responderur, quòd si fuerit in paro-  
chiali Ecclesia, sunt parochi, si in alia,  
sunt prælati illius, *c. quia Sacerdotes, 10.  
q. 1. & c. doctes, 18. q. 1.* quæ verò sunt  
picturæ in pariete depictæ, sunt paro-  
chia, *Afflic. licet remissivè, loc. cit. nu.  
37. Cap. Tolos. q. 482. & ibi Additio,  
& dixi in ver. parochia, §. 5.*

## OPTATIO.

**P**rimò, Optare præter ea, quæ dicta  
sunt in ver. canon. §. 7. adde, an op-  
tatio tollatur per reservationem gene-  
ralem, vel specialem factam à Summo  
Pontifice, vide *Aeneam de Falconi-  
bus, tract. de reservat. qu. 4: effectus §.  
num. 3.*

Secundò, ubi viger ista consuetudo  
optandi, quomodo practicandum, an  
Canonicus optans possit auctoritate  
propriâ sumere dignitatem, seu cano-  
nicatum, sive præbendam superiorem,  
quam vult optare, an requirantur par-  
tes Episcopi? Responderur ex eodem  
*Aenea, loc. cit.* quòd non requiritur col-  
latio, sed requiritur saltem quædam ad-  
missio faciendâ per illum, cui de con-  
suetudine comperit, quæ habetur loco  
institutionis, & citat *Rot. dec. 440. in  
novis, quæ incipit, Queritur,* id est, quòd  
Episcopus debet facere aliquam Bul-  
lam ipsi optanti, non per viam colla-  
tionis, sed institutionis potius, non ut

ea, quæ consuevit fieri in præsentatio-  
nibus juris patronatus, sed potius quæ-  
dam declaratio, qua declaretur, talem  
optasse talem canonicatum, præben-  
dam, seu dignitatem in tali loco, per  
obitum talis, juxta antiquam dicti loci  
consuetudinem legitimam, & appro-  
batam, cui ipse Episcopus assentitur,  
confirmat, approbat, & declarat præfa-  
tum optantem, bene optasse, & salvis ju-  
ribus Episcopalibus, &c. ista practica  
est fore communis.

## ORDO.

**P**rimò, an aliquis accusatus de cri-  
mine, pendente causæ cognitione,  
possit promoveri ad sacros ordines, &  
ad beneficia concurrere, & videtur pri-  
mò, quòd non, quia sac. Conc. Trid.  
*sess. 24. c. 18. de resor. §. peracto,* habetur,  
*Peracto inde examine renuncientur quos-  
cunque ab his idonei judicati fuerint, aca-  
te, moribus, doctrinâ, prudentiâ, & alijs,  
&c. & sess. 23. c. 12. de resor. & multis  
aliis in locis.* Secundò, quia obligati  
ratiociniis, & aliis impedimentis irre-  
titi, non admittuntur ad ordines eccle-  
siasticos, & *Seluz 3. p. q. 5, à nu. 31, &  
infra,* ubi dicit ex mente *Card. in c. tan-  
tis, 81. dist.* quòd si aliquis fuerit infamatus,  
de crimine, super quo tamen  
à nemine accusatur, non potest pro-  
moveri, & inferiùs, quòd si aliquis  
pendente accusatione, vel denuncia-  
tione promoveretur, removeri debet,  
quamvis innocens sit, *lib. qui stare, ff.  
de re milit. tamen his oppositis dico,*  
quòd sic, nisi præcedat infamia apud  
graves